DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

VIRIBUS PATHEMATUM.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,

DE

VIRIBUS PATHEMATUM;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, S. S. T. P.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI;

NECNON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu,

Et Nobilissimae FACULTATIS MEDICAE Decreto;

PRO

GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

GULIELMUS SCULLY,

HIBERNUS;

SOCIET. REG. PHYS. SOC. HON.

NEC NON

SOCIET MED. DUB. SOC.

AD DIEM 24 JUNII, HORA LOCOQUE SOLITIS.

EDINBURGI:

CUM PRIVILEGIO,

APUD ROBERTUM ALLAN.

MDCCCIII.

ANTHONIO THOMSON,

ARMIGERO,

DE DUBLIN.

NEC NON

REVERENDO PETRO CARLETON, M.A.

DECANO DE KILLALOE.

S. P. D.

GULIELMUS SCULLY

Ingrati certe animi crimine arguerer, viri dignissimi, si non occasionem nunc oblatam, quantum vobis debeo profitendi, gratiasque meritas persolvendi lubentissime arriperem. Hocce qualecunque opusculum, studiorum primitias, pertenue sane summæ observantiæ testimonium, æquo animo accipias, quæso. Nulla enim ætas memoriam beneficiorum et amicitiæ quibus me per totum vitæ curriculum prosecuti estis delebit.

Diu amicis et publico accepti vivatis. Valete.

Bleſt is the man, as far as earth can bleſs,
Whoſe meaſur'd Paſſions reach no wild exceſs;
Who, urg'd by Nature's voice, her gifts enjoys,
Nor other means than Nature's force employs:
While, warm with youth, the ſprightly current flows,
Each vivid ſenſe with vigorous rapture glows;
And, when he droops beneath the hand of age
No vicious habit ſtings with fruitleſs rage.
Gradual his ſtrength and gay ſenſations ceaſe,
While joys tumultuous ſink in ſilent peace.

CORRIGENDA.

Pag.	*Lin.*	*Loco.*	*Lege.*
5	7	Pervigium	Pervigilium
16	13	Mixime	Maxime
16	14	Bilitum et	Bili tumet
28	3	Sweets	Sweats

Page 19, Line 6, dele *adde*.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

VIRIBUS PATHEMATUM

SUPER ANIMUM ET CORPUS AGENTIBUS.

GULIELMO SCULLY, *Auctore.*

QUONIAM hoc graviſſimum argumentum, latiſſime patens, toto ambitu complecti, limites hujuſmodi opuſculis præſcriptos, excederet, et ſane tale penſum meas vires ſuperat, quæ notatu ſunt digniſſima ſtricte pro virili perpendere ſolummodo decrevi.

 In

In originem et progreſſus animi pathematum perſcrutando, in quæſtionibus metaphyſicis ſubtiliſſimis neceſſario fere implicamur; natura animi et idearum origo, vel prima rerum inſita informatio, et nexus quo tam mire copulantur, conſideranda veniunt. Philoſophi etiam nobiliſſimi multum operis huc collocârunt, et multa ſubtilius quam verius de hac perdifficili et perobſcura quæſtione prædicârunt. De his autem quicquid hallucinati ſunt ſcriptores, non hic locum obtinet: Obſervari ſolum licet, ſententias quæ de animi ſede prolatæ fuere, prorſus eſſe ineptas; nec aliquid veriſimile de hoc proferre licet, donec cerebri functio prius enodetur; commenta enim quæ de vibrationibus, ſecretione, et de vaſis ſanguinem vehentibus quodam ignoto modo in cerebrum agentibus protulerunt auctores, attentionem parum merentur; nec aliquid ex his utcunque veris ad naturam animi patefaciendam, erui poteſt. Ultra dubium autem conſtat cerebrum mentis eſſe domicilium, ibi enim ſedent perceptio, memoria, imaginatio, et judicium. Diutius hujuſmodi commentis

im-

immorari metaphysici est; nunc igitur ad varias pathematum effectus, et regulas quibus subjiciuntur, quod medico magis proprium, recensere transeam. Hæ sane medici attentionem optimo jure sibi vindicant, ad morbos enim sanandos et præcavendos apprime conducunt.

Mens et corpus a summo rerum opifice ita constituta sunt, ut inter bina hæc principia arctissimum vigeat commercium, quo, nervorum interventu, se mutuo afficiunt. Quicquid igitur boni aut mali ex pathemàtis oritur, vi nervosæ auctæ, imminutæve tribuendum est. Quodcunque cerebro noxam infert, sive a foris admodum fuerit, vel intus provenerit, functiones ejus perturbat, et totum corpus commovet. Mens quoque pathemâtis vehementioribus commota, tantum in corpus exercet imperium, quantum sat fuerit ad omnes ejus functiones perturbandas; nec raro animi deliquium convulsiones, et demum mors ipsa superveniunt. Ex hoc multos morbos ex nervorum

affectibus, cætera ſana, proficiſci poſſe, dilucide patet.

Animi affectionibus intelligimus quandam vim menti inditam, quâ impetu quodam fertur in ea quæ bona videntur, mala declinat. Hæ cum rationi non conveniunt, multum nocent; *ſpes* enim, cum ei nimis indulgetur, aliquando ad inſaniam vergit; et mens terrore percuſſa, ſæpe omnem ſpem abjicit.

Pathemata in duas claſſes rite dirimuntur:—nempe, in ea quæ mentem et corpus excitant, et eorum facultates intendunt, et in ea quæ deprimunt, et infirmant. "Fere ad duas claſſes reduci poſ-"ſunt, quarum alii motum ſanguinis debilitant, "alii intendunt *."

Nullum adeſt dubium, quin Pathemata, quæ ad primam claſſem pertinet, vim et corporis et mentis pro tempore intendant, quod brevi in contrarium deſinit,

* Halleri Phyſ. Vol. V.

desinit, si ultra modum commota fuerint; et tanta sæpe insequitur noxa, ut vitam statim extinguat: gaudium enim immodicum, vel ira effrænata, ad mortem usque protracta fuere.

Pathemata autem quæ mentem contristant, corpus directe infirmant. Ex mærore, appetitus defectus, et alia dyspepsiæ signa, diarrhœa, pervigium profluunt. Dum mens quoque metu percutitur, vel aliqua affectione deprimente laborat, corpus multis morbis opportunius evadit, iis præsertim qui contagio propagantur. De hoc autem postea.

Cel. Dr BROWN affirmat hæc duo genera pathematum gradu solummodo discrepare, et quæ deprimunt, quam quæ excitant, vi stimulandi multo debiliore prædita esse; hinc corpus illis infirmatur æque ac si stimulus solitus detractus fuerit: Huic autem opinioni multa obstant; nil enim stimulus dici potest, nisi corporis excitandi potestate polleat; timor autem et mœror, utcunque intenduntur,

duntur, plane debilitant; abſurdum certe eſt ponere mœrorem in gaudii abſtractione conſiſtere, et contrarium. Nec in obſcuro poſitum eſt affectus animi deprimentes ne minimum quidem ſtimulare ſed actionem plane ſedare, motuſve compeſcere. Hi igitur affectus vi *ſedativa* præditi ſunt; et probabile eſt alia quoque tali poteſtate pollere, inter quæ typhi contagium, et paludum miaſmata forſan enumerare liceat.

Nunc de effectibus quos ſingula animi pathemata edunt, pauca perſtringere conabor; et de his quæ excitant, primum dicendum eſt.

GAUDIUM.

Cum mens voti ſit compos, et lætitia exultans, inſolita dulcedine rapitur, gaudere dicitur, quod Cicero "Voluptas animi" recte nominavit.

Ex felici quodam eventu, vel mali impendentis evitatione, oritur. Toti corpori ſtimulo eſt, cor-

dis

dis arteriarumque motus incitantur, et ſanguis caput verſus ſolito copioſius et majore cum impetu fertur; grata hilaritas in vultu elucet, oculi nitentes micant, et per genas lachrymæ aliquando furtim labuntur *.

Cum gaudium modum excedit, cor tanta vi ſæpe movetur, ut, ſi aliquis manum pectori gaudio geſtientis admoveret, ictus facile ſentire poſſit; nonnunquam uſque ad palpitationem actio ejus intenditur. Organa quæ reſpirationi perficiendæ inſerviunt, quoque laborant, et ſpiritus ex imo pectore ducitur; "hinc pectus gaudio tumere dicitur." Omnium corporis fluidorum curſus expeditior evadit. Si gaudium non nimis effuſum ſit, vires concoctrices, bilis et ſucci pancreatici ſecretionem, et vaſorum abſorbentium actionem, promovere videtur. In morbis curandis in auxilium vocari poſſit, et optimos effectus ſæpe præſtat. Gaudium

* Cauſam ex qua tale lachrymarum profluvium pendet, ſtatuere nequaquam facile eſt, probabile autem eſt id ex ſanguine in glandulam lachrymalem uberius influente originem ducere.

dium gradu multum variat ex hilarite modica ad effrænatam lætitiam, quæ ad insaniam vergit.

Serenitas, quæ, ex justa, firma et æquabile actionum tenore, et animi excelsi magnitudine levioribus casibus haud facile commovenda, oritur, lætitiæ inordinatæ anteponenda est.

Cum gaudium mentem exhilarat, nil arduum videtur, omnis labor tolerabilis, et mens et corpus ad solita munia obeunda melius valent. Neque ex præsenti bono solo homo gaudium carpit, memoria præterita revocat, et his iterum fruitur; et imaginatio in quibusdam quam maxime vivida, multa ad arbitrium fingit, in novos orbes rapit, componit, disjungit, inter ficta vagatur, et futura votis obedientia representat; hoc modo multa struimus, ad finem felicem perducimus, omnia cum optatis mirificè conspirant; vires ad omne incœptum valent, et fortuna secunda coronam operi semper feliciter imponit; et ita vi imaginandi,

mens

mens veris malis obſeſſa, curas pro voluptate eheu! nimis fugaci, pro tempore commutat.

Etſi gaudium certas intra limites ſanitati ſavet; ſi autem nimis intenſum fuerit et ſubitum, ſæpe torpor, nervorum reſolutiones, et ſyncope in mortem deſiturum, ſuperveniunt. LIVIUS caſum hujuſmodi memoriæ tradidit. Cum HANNIBAL Cannæ cum magna clade Romanos prœlio deviciſſet, duæ fœminæ cum reviſebant filios, quos interfici credebant, morte ſubito corruebant. BOERHAAVIUS clariſſimus idem narrat de prædone maritimo, qui, cum intelligiſſet filium, quem credebat iniquo fato peremptum, non ſolum valere, ſed etiam ad ſummos honores evehi, repentino gaudio morti ſtatim occubuit. Quid noviſſime in cauſa eſt, cur tales effectus ex gaudio immodico profluxerint, ambigitur inter auctores. HALLERUS opinatur quandam apoplexiæ ſpeciem ex aucta vaſorum cerebri actione, ſubeſſe, et ad faciem rubore ſuffuſam, et calorem adauctum, ad ſententiam confirmandam provocat.

Dr Cullen vires ex toto resolvi, et mortem hoc modo inferri persuasum habet.

Ex symptomâtis mihi probabilius apparet sanguinem aucto impetu in cerebrum irruentem, id comprimendo, mortem inducere.

Risus huc pertinet, quippe ex læto quodam et levi animi motu oritur. Ex quavis imagine ridicula menti oblata enascitur. In ridendo aëra inspiratione solito pleniore trahimus, cui breves, repetitæ, expirationes succedunt, quæ sæpe tanta vi perficiuntur, quantam pulmones, præsertim si tenerioris fuerint fabricæ, haud innoxie ferunt. Risus modicus salutaris est; sanguinis motus per pulmones, et per abdominis viscera promovet, et totum corpus grate excitat; nimis autem solutus, periculo haud caret, ruptis enim vasis, vel spiritu intercluso, mortem inferre potest; hujus exemplum habemus in Phileman, qui in horto cum amicis quibusdam ambulans, asinum ei obviam euntem videbat, qui ad patinam ficis plenam aggrediens, eos statim devorabat; habeat vinum quoque (exclamabat Phileman)

MAN) quod cum asinus affatim biberet, PHILEMAN risus non tenere potuit, sed ridendo spiritum efflabat *.

AMOR.

Hic animi affectus, cum felix est, mentem blandissima lætitia implet, et optimos effectus præstat; cordi et arteriis gratus est stimulus, et omnes corporis functiones promovet. Exempla quoque proferuntur ubi amor intensus, morbos medicina insanabiles profligaverit. Effectus quos amor in mentem edit æque conspicui sunt; huic vim insolitam addit, et ad incœpta valet, quæ ardenti amoris stimulo expertes nunquam persici posse credebant; amor autem omnia vincit, nec periculum apertissimum dilectæ causa refugit. Quam vividis coloribus voluptatem ejusmodi amore promanantem descripsit PETRARCHUS—"Here" (inquit) "every kind expression is remembered; the emotions of one heart re-act with correspondent ef-

* See ZIMMERMAN Exp. Vol. II.

" fects upon the other; every thought is treasu-
" red up; every testimony of affection returned;
" the happy pair enjoy in each other's company
" all the pleasures of the mind, and there is no
" feeling which does not communicate itself to
" their hearts. To beings thus united by the sin-
" cerest affection and the closest friendship, every
" thing that is said or done, every wish and every
" event become mutually important. Beings thus
" united, and they alone, regard the advantages
" which they severally possess, with a joy and sa-
" tisfaction untinctured by envy. It is only under
" such an union that faults are pointed out with
" cautious tenderness, and without ill nature;
" that looks bespeak the inclination of the soul;
" that the gratification of every wish and desire is
" anticipated; that every view and intention is
" assimilated; that the sentiments of the one con-
" form to those of the other; and that each re-
" joices with cordiality at the smallest advantage
" which the other acquires."—In his perlegendis, quis non in memoriam revocat ea quæ Pope, di-

vite

vite vena, de hoc puro et caſto amore elegantiſſime cecinit.

" Oh happy ſtate! when ſouls each other draw,
" When Love is Liberty, and Nature Law;
" All then is full, poſſeſſing and poſſeſs'd,
" No craving void left aching in the breaſt;
" Ev'n thought meets thought, ere from the lips it part,
" And each warm wiſh ſprings mutual from the heart.
" This ſure is bliſs, if bliſs on earth there be,
" And once the lot of ABELARD and ME."

Vehemens cujuſdam rei cupido præſertim ſi bonus exitus expectandus eſt, effectus in mentem et corpus haud abſimiles producit; ſanguinis circuitum, et excretionem cuticularem promovet; et etiam aliquando paralyſi laborantes ad uſum artium reſtituit; ad niſus quoque, quibus vires impares videbantur, ſæpe incitat, et felici cum eventu. Hujus MULEY MOLUCH exemplum memoria dignum præbet, qui morbo fere confectus, et lectulo circumvectus, ipſe aciem inſtruxit, et cum infelice marte pugnatum eſt, et copiæ ſe in terga dederunt, ſubito e lectulo ſe ejiciebat, aciem inclinatam reſtituit, et cum iterum in lectulum reponeretur,

mentem

mortem inſtantem ſenſit, et loquela deficiebat, manum ori admovens, adſtantes admonuit, ne interitum ejus pervulgarent, quo factum eſt ut etiam mortuus ad hoſtes penitus profligandos valeret *.

IRA.

Cum mens ab injuria vehementer commovetur, et adeſt ulciſcendi ardens cupido, irâ turbari dicitur. Præſidium eſt quo ad injurias repellendas, natura utitur; et omnibus animantibus commune eſt. Irâ, quaſi cœco inſtinctu, ad injurias ulciſcendas præcipiti impetu rapimur. In omnem ætatem, ſexum, et temperamentum atrox exercet imperium. Infans enim æque ac ſenio confectus, doctrina inſignis æque ac literarum rudis, melancholico æque ac ſanguineo temperamento præditus, vires ejus probe experiuntur; inſectum mininum vim vi opponit, apis irâ percita pungit, et vipera mortiferum vulnus morſu infligit. Ira merito inter animi affectus diriſſimos habetur; quid enim immane,

* Vide Spectator, No. 349.

immane, mens flagranti irà exæstuans, declinat; per omne fas et nefas ruit, excæcat mentem, et in præceps omnia vertit. Hinc, proverbium, "Ira "furor brevis est."

Cum aliquis irâ accensus, ultionis spe destituitur, vultus livore obducitur, vel pallore squallet, partes externæ collabuntur, et cutis rugis corrugatur, lingua tremula evadit, et membra titubant.

Sin autem, contra, injuriam ulscisci potest, et iræ immittere habenas; totum corpus æstu exagitatur; cordis et arteriarum actio multum intenditur, nova vis accedit artubus, musculi, qui voluntati parent, motus insolita vi peragunt; facies rubore excandescit: oculi, torvi et micantes, tantum prominent, ut ex orbitis protrudi videantur; et omnis corporis pars motus validius perficit.

> Ora tument ira, fervescunt sanguine venæ,
> Lumina Gorgonio sævius angue micant.
>
> Ovid. de Arte.

Hæc

Hæc autem brevi ſubſidunt, et corpus, debile, languidum, et exhauſtum relinquunt; haud ſecus ac æquora turbata procellis, vento reſedente, placata quieſcunt. Ex irâ effrœnata, epilepſia, hæmorrhagiæ ex variis partibus, velut ex aure, naribus et pulmonibus, et alia mala ſæpe promanant. Sanguis quoque curſu incitatiore caput verſus propulſus, propter reſpirationem laborioſam, haud ita facile reducendus, apoplexiæ ſæpe originem præbet. Hoc modo alia graviora mala in organa delicatiora ſæpe incumbunt.

Inter ſecretiones quæ iracundia afficiuntur, bilis mixime laborat; et ſecretio ejus ſæpe multum augetur et vitiatur, "difficile bilitum et Jecur." Hoc præſertim bilioſi, ira convulſi, non ſine gravi noxa patiuntur; in his enim ira, propter bilem ſolito copioſius ſecretam, et a ſana indole alienatam, dolore ſpaſmodico circa præcordia, flatulenta ventriculi diſtenſione, vomitu et diarrhoæa, ſæpe comitatur. Hæc ſane ex conſenſu notiſſimo qui cerebrum inter et Hepar intercedit, plane deducenda ſunt;

quod-

quodcunque enim labem capiti infert, et præfertim quodcunque fanguinem caput verfus abundantius folicitat, auctoribus fide dignifſimis teftantibus, talem effectum edere poteft. Fertur Icterum etiam ex mente ira commota aliquando induci, hoc, ex fpafmo in eam ductus cholidochi partem, qua duodenum penetrat, inducto, vel etiam ex calculo impetu novo in ductum detrufo, pendere videtur.

Cæterum, bonos interdum effectus ex hoc fonte profluxiffe dicitur, hoc modo perhibetur quofdam ex podogra, paralyfi, &c. convaluiffe; et etiam vitam ipfam robore et vi quam corpori impertit, per tempus quoddam protrahi.

S P E S.

Ille gratus animi fenfus, quo, ex boni futuri profpicientia, voluptate fruitur, *fpem* conftituit.—Quod ex exemplo clarius fieret " Reus, qui pro flagitiis, capitis juratorum fententia damnatur, fi

judex ſuadet ut ignoſcatur, ſuavibus hujus affectus illecebris ſuſtentus, ex leviſſima cauſa meliora augurat, inanem ſpem captat, nec ſinit gratum errorem menti eripi, donec ad extremum ventum eſt." Collins hoc feliciter depinxit.

But thou, O Hope! with eyes ſo fair,
What was thy delightful meaſure?
Still it whiſper'd promiſ'd pleaſure,
And bad the lovely ſcenes at diſtance hail!
Still would her touch the ſtrain prolong
And from the rocks, the woods, the vale,
She called on Echo ſtill through all the ſong;
And when her ſweeteſt theme ſhe choſe,
A ſoft reſpenſive voice was heard at every cloſe;
And Hope enchanted ſmil'd, and waved her golden hair.

Spes adeo dulcis eſt, et tam grate mentem detinet, ut ope ejus, vitam aliter illætabilem, triſtibus curis ſollicitam, non ſine dulcedine degere poſſimus. Spe enem, futuri credula, mentem ex acerbis vitæ caſibus avocare, et in fortunam votis accommodatam excurrere poſſumus.

Spes totum corpus ſuaviter afficit, et grate excitat vim nervoſam adauget, liberum humorum circui-

tum

tum, et omnes ſecretiones promovet; cibi appetentiam auget, concoctioni favet; et vigorem artubus, vim animo, ori hilaritatem impertit. Spes etſi fictis et futuris ſolummodo paſcitur, et mentem vanis imaginibus deludit, plerumque unicum eſt adde vitæ ſolatium, et laboris dulce levamen. Spes igitur ſanitati conſervandæ apprime conducit; et ſunt, qui hac ſola innixi, caſus infandos pectore firmo tulerint.

Nunquam audivi ullos malos effectus ex ſpe in corpus redundare.

AFFECTUS ANIMI DEPRIMENTES.

METUS.

Metus, ingratus eſt iſte ſenſus, quem ex malo quodam impendente, percipimus. Hic animi affectus moleſtam circa præcordia excitat anxietatem, verbis haud facile deſcribendam. Nec raro malum imminens ita exaggerat, ut gravius cruciemur prius caſus inciderit, quam cum eo revera col-

luctamur; tantum vis nociva imaginandi, futura et bona et mala, amplificare poteſt; nec unquam præſens caſus adeo terribilis, quam a mente anxia, malis ſemper inhærente, peſſima quæque timente, fingitur. Hujus exemplum Dr COOGAN profert, quod ipſiſſimis verbis narrare licet.

"A poor woman, who had for ſome miſdemea-
"nour been ſentenced to confinement for a certain
"number of years, upon the expiration of the
"term, immediately applied to an officer for re-
"admiſſion. She urged that all her worldly com-
"forts were fled; and her only wiſh was to be
"indulged in thoſe imparted by habit. She more-
"over, threatened, that, if this could not be
"granted as a favour, ſhe would commit ſome of-
"fence that ſhould give her a *title* to be reinſtated
"in her accuſtomed lodgings."*

Metus mentem æque ac corpus debilitat et ener-
vat;

* COOGAN on the Paſſions, p. 354.

vat; ſanguinis motus langueſcit, gelidus ſudor aliquando prorumpit, ora formidine pallent, genua intremeſcunt, vox deficit, et vires ex toto reſolvuntur. Urina et fæces aliquando inſcie elabuntur.

Optime quoque notum eſt homines qui metu corripiuntur in morbos, qui contagio graſſantur, imprimis eſſe obnoxios. Cum metus ſubitus et gravis eſt, tremores, melancholiam, inſaniam, Apoplexiam, Paralyſim, Epilepſiam, et etiam mortem inducere poteſt. In ſcriptis halleri et VAN SWIETEN multa horum proſtant exempla. Licet unum ex VAN SWIETEN citare. "Vide in hac urbe virum, "qui, in ætatis vigore, dormiens, horrendo toni-"tru fragore expergefactus, fulmine domum "incenſum eſſe credidit; et poſtea in talem tre-"morem totius corporis incidit, ut nullus omni-"no muſculus voluntatis imperio mobilis ab illo "immunis foret. Vixit in hoc ſtatu per viginti "annos, in reliquis ſanus."*

Effectus

* VAN SWIETEN, vol. 2 p. 123.

Effectus autem maxime mirandus quem metus in capillos edit, notatu dignum eſt. Bona enim fide accepimus capillos metu, unius noctis ſpatio, in canitiem converti.

Dr Darwin hoc torpori vaſorum quo capillorum nutritioni dicata ſunt, attribuit, haud ſecus ac cataracta torpori vel accretioni vaſorum quæ lentem chryſtallinam humore ſuppeditant, debetur: Si huic rationi accedendum eſt, plane apparebit alias cauſas præter metum eundem effectum præſtare poſſe. Hinc qui vitam nimis ſolute egerunt, canitiem maturius exhibent; febribus ſæpe, annis ingraveſcentibus ſemper ſupervenit.

Metus omnes fere morbos graviores reddit, et exaſperat; obſtat quoque medicatis naturæ viribus, quibus ſe morbo opponit. Sunt quædam mala quibus metus occurrere dicitur; dolores enim corporis et inſania, periculi imminentis metu aliquando levari perhibentur.

Negandum

Negandum non eſt, quin metus, etſi plerumque ſedat, corpus haud raro vehementer ſtimulet, et vires plane intendit. Muti etiam inſolito metu percuſſi, linguæ compotes facti ſunt, et ſermone uti didecerunt. Filius Crœſi hujus memorabile præbuit exemplum, qui, cum Sardis expugnabatur, videns patrem in ſummum vitæ diſcrimen, et in poteſtate Perſici militis, cui ignotus fuit, ſubito exclamabit, ut non occideret Crœſum, etſi prius elinguis fuerat; ex hoc autem tempore loquela uti potuit.*

Pauſanias quoque narrat, mutum quendam, ex aſpectu leonis, vocis uſum recuperare.† Hic verbis Poetæ uti licet:

Danger, whoſe limbs of Giant mould,
What mortal eye can fix'd behold?
Who ſtalks his round, an hideous form!
Howling amidſt the midnight ſtorm,
Or throws him on the ridgy ſteep
Of ſome looſe hanging rock to ſleep.

Spes

* HERODITUS, Lib. I.

† Idem Liber.

Spes et metus, ut MILTON recte monet, semper una mentem occupant, et exercent; et unus semper alterum comitatur. Cum omnis spes excisa est, mens, periculum imminens amovere, insolita vi sæpe contendit, dæmonum enim instar, omni spe abjecta, "Resolution from despair" captat, ut Poeta divinitus cecinit. Hæc fere sunt mala quæ ex metu proveniunt; et si casus narrantur ubi morbus subvenire videatur, innumera adsunt documenta, quæ contrarium docent. Veniam mihi daturam Iri spero, si, quod hujus loci est, exemplum metus effectus, quod magno honori immortali BOERHAAVIO fuit, proferam.

"In domo, qua pauperes ex eliemosynis publi-
"lice aluntur, in civitate Harlemensi, perterrita
"puella incidit in morbum nervorum convulsivum,
"certis paroxysmis reducem: Adstantium et ad-
"juvantium in eam intenta itidem corripitur eo-
"dem morbo, postridie altera, deinde tertia, quar-
"ta, imo fere omnes, tam pueri, quam puellæ:
"Status miserrimus! corripitur hic, corripitur illa,
"imo

"imo fere omnes eodem tempore, dum unum "alter aſpicit, proſternuntur. Medici ſolertes "fruſtra adhibent, quæ dictat ars, ſaluberrima "ante-epiletica medicamena. Confugitur tandem "ad BOERHAAVIUM, qui, miſertus infelicis paupe- "rum ſortis, petiit Harlemum, et dum rem exa- "minat, invadente in unum paroxyſmo, vidit con- "velli plures ſpecie epilepſiæ. Datis incaſſum op- "timis remediis a medicis ſapientibus, et ad ima- "girationem ex uno in alterum traducto morbo, "rite perpenſis, hanc avertando, credidit, poſſe "curam obtineri, et obtinuit. Scilicet, præmo- "nitis epiphoris, præſentibus omnibus, juſſit per "cameram diſponi fornaces portatiles, prunis ar- "dentibus inſtructas, atque iis impone ferreos, "Lamulos, ad certam ſiguram adaptatos, tum ita "mandavit; quia omnia fruſtra forent, ſeſe aliud "neſcire remedium, quam, ut qui primus, puer "foret vel puella, in fauſto morbi paroxyſmo ar- "riperetur, locus quidam nudati brachii candente "ferro ad os uſque inureretur, utque gravitate "pollebat dicendi, perterriti omnes ad crudele re-

" medium, dum inſtare ſentiunt paroxyſmum, om-
" ni mentis intentione, et metu dolorificæ inuſti-
" onis, eidem reſiſtunt fortioris oblatione ideæ."*

Kaaw Boerhaavius (illuſtriſſimi Boerhaavii Nepos) qui hoc memoriæ tradidit, recte admonuit, nil eſſe utilius in morbis quibuſdam debellandis quam pravam mentis conſuetudinem morbo ſemper inhærentis abrumpere; optime enim innotuit, terrorem, febrim epidemice graſſantem, nuptias, virgam tempeſtive adhibitam, et ſane quodcunque mentem fortiter detinere, epilepſiæ occurrere. Dr Gregory, profeſſor noſter percelebris obſervavit fœminas in noſocomio hujus loci, ex aliarum hyſteria colluctantium aſpectu, ſimiliter corripi.

VERECUNDIA.—Huc pertinet, quippe metus levioris quaſi ſpecies videtur; vaſa faciei et etiam pectoris minima ſanguine turgeſcere facit, hinc os rubore

* Kaaw Boerhaave, Impetum Facien, p. 356.

rubore incandeſcit. Fœminæ quarum corporis compages magis delicata eſt, et cutis perlucida, facile erubeſcunt, et ſuaviſſimo rubore ſuffundun- tur. Juniores quibus mens elegantior, et ſenſus exquiſitiores, rerum adhuc rudes, nec quibus uſus frontem perfricuit, pudori majis opportunæ ex- iſtunt.

TERROR.—Effectus qui ex terrore profluunt, eos ex metu provenientes multum referunt; Terror enim nil niſi metus ſubitus, et inſolitus eſt. Effectus qui ex terrore oriuntur, ſunt, contractio omnis humani corporis fibræ ſubita et vehemens, lividus pallor faciem exanguem occupat; tremor artus quatit, qui ſæpe omnino labefacti corpus ſuſtinere haud valent, et terrore attonitus ſubito corruit; obſtupeſcunt ſenſus, et vires omnino pereunt.

For when the mind with violent terror ſhakes,
Of that diſturbance too the ſoul partakes;
Cold ſweets bedew the limbs, the face looks pale,
The tongue begins to falter, ſpeech to fail,
The ears are filled with noiſe, the eyes grow dim,
And deadly ſhakings ſeize on every limb.

MOESTITIA.

Moestitia gaudio oppoſita, nunc ſubito invadit, nunc lente obrepit; et pro cauſæ magnitudine effectus plus minus graves edit. Dr Johnston inquit " Sorrow properly is that ſtate of the mind " in which our deſires are fixed upon the paſt, " without looking forward to the future; an in- " ceſſant wiſh that ſomething was otherwiſe than " it has been; a tormenting and harraſſing want " of ſome enjoyment or poſſeſſion which we have " loſt, and which no endeavours can poſſibly re- " gain." Animus demiſſus, ex boni cujuſdam jactura, vel quod ſpem luſerat, oritur. Cum damnum acerbum et irreparabile patimur, et aliquid in quo vitam beatam poſuimus, amittitur, mens dolorem

lorem fovet, et ægritudine conficitur; nec raro in motus effrænatos erumpit; tunc membra inconditè huc illuc jactantur, et pectoris plausus, capilli discerptio, et suspiria, quam penitus mens angitur, declarant. Hujus effectus varii sunt gradus ex leni sollicitudine, ad intolerandum animi angorem. Nunc mentem tacite corrodit, et in tristitiam abit, nunc diutius durans, melancholia confirmata habetur; et aliquando omni spe abjecta, ad desperationem vergit, et in dementiam tandem incidit, mortemve inferendo, finem miseriis imponit.

Qui gravi mærore commoventur, hominum colloquium plerumque refugiunt, et dolores tacitè alent. SHAKESPEARE sic VIOLAM describit:

She never told her love;
But let concealment, like a worm in the bud,
Feed on her damask cheek; who pined in thought,
And, with a green and yellow melancholy,
Sat, like Patience on a monument,
Smiling at Grief.

Gaudio

Gaudio autem exultantes bonos casus aliis impertire gestiunt. *Mœror* raro mortem subito inducit; vim nervosam minuit, et sanguinis circuitum languescere facit; nec mirum, si arctissimum quo sanguinis motus, et vis nervosa, copulantur nexum, perpendamus. Exempla autem extant, ubi mortem induxisse fertur: Cum Mœcenas vita excessit, HORATIUS tam funesto mærore affici dicitur, ut ei superstes per dies novem solum vixit. Etsi mæstitia mortem aliquando subito infert; sanitati sæpe non minus infesta est, cum menti infixa, et diutius protracta, vires clam subruit: Nulla enim est corporis compages adeo firma, quin tristitia perpetua tandem labefactetur: Nec rari sunt morbi prorsus insanabiles, qui ex hoc inexhausto fonte promanant. Nec CICERONEM solum habemus quærentem nullum esse remedium istius mæroris generis, quod *Octavium* abstulerat; veneno latenti haud absimilis, omnes et corporis et mentis vires gradatim resolvit; systema nervosum imprimis enervat; cor vi solita non amplius micat; et humores stagnantes morbis tristissimis originem præbent;

bent; facies squallet, et corpus macie tabescit; sanguinis cursus per pulmones suspiriis subinde repetitis promovendus est. Omnia quæ prius voluptam dederant, mens nunc fastidit et odit, nec aliquid gratum habet, præter tristem lætitiam quam ex causa mali semper inhærente percipit; et fortunam, quà nunquam frui potest, continuo revolvit, et amplificat. Cibi appetentia omnino perit, et oculi luridi nitore orbantur.

Dira malorum cohors, eo majus infesta, quippe vires vitæ omnino prostratæ jacent, et parum renituntur, tandem supervenit, et phthisi immedicabile plerumque corripiuntur.

MISERICORDIA.—Mœroris species est, quâ ex aliorum malis afficimur. Effectus quos utcunque vehemens edit, raro lædunt. Observandum est, eos qui cujusdam vicem mœrent, quam qui propio dolore afficiuntur, in lachrymas esse

proniores

proniores. Quodcunque *faſtidium* movet, ſive ex conſpectu vel ex ſapore ingrato, oriatur, nauſeam, vomitum, diarrhæam, ſyncopen et etiam mortem inducere poteſt. Caveant igitur jocis dediti, ne hujusmodi oblectamentis nimis ſerio ludant.

Qui triſtitia percutiuntur, niſi pergravis fuerit, lachrymas plerumque effundunt, quibus levari dolores ſolent; hæ igitur, ſi modum non excedant, minime ſunt compeſcendæ. Cum lachrymæ proſiliunt, anxietatem et contractionem quandam circa pectus conſequitur; reſpiratio evadit difficilis, et ſanguis è capite redux, in venis accumulatur; hinc faciei ſuffuſio et calor, nec raro vaſorum ruptura. Fletu periculum ex mærore timendum imminuitur; ſanguinis enim motum liberiorem promovet, et ſpaſmum, ſi quis adſit, ſummovet.

Mæror qui ex vehementi cupidine patriam videndi oritur, morbum, quem *Noſtalgiam* nominârunt auctores, conſtituit: Apud Gallicos "Maladie

die du pays" audit, (SAUVAGES et LINNAEUS eum genus diſtinctum faciunt; Vogel autem et CULLENUS eum pro melancholiæ ſpecie meliore jure habent) apud Helvetios maxime communis eſt, ita ut iis fere proprius habeatur; qui *Scotiam* incolunt ei præ aliis dicuntur eſſe opportuni: Nulla autem adeſt cauſa, quin vehemens hujuſmodi deſiderium aliquem ex patria exulem corripiat; et ſane omnes fere qui procul a patria peregrinantur, ad natale ſolum dulci ſpe reſpiciunt.

For where to find that happieſt ſpot below,
Who can direct, when all pretend to know?
The ſhudd'ring tenant of the frigid zone
Boldly proclaims that happieſt ſpot his own;
Extols the treaſures of his ſtormy ſeas,
And his long nights of revelry and eaſe:
The naked negroe panting at the Line,
Boaſts of his golden ſands and palmy wine;
Baſks in the glare, or ſtems the tepid wave,
And thanks his Gods for all the good they gave.

Hoc malum aliquando poſt brevem triſtiam, et alia ſymptomata quæ haud magni momenti videantur, mortem ſubito infert; frequentius autem ægrotans tabe marceſſit, et lenta ægritudine conficitur.

ficitur. Medicamenta efficaciffima hic parum valent, nec aliquid præter fpem patriam iterum revifendi bonos effectus præftat, quæ morbo optimè occurit, fi non ad extremum proceſſerit, et Phthifis confirmata abfuerit. " ZIMMERMAN narrat Helveticum quendam, qui apud *Gottingen* medicinæ incubuit, aortam rupturam effe, perfuafum habuiffe, et igitur e cubiculo ne movere quidem potuit; Circa autem hoc tempus pater mandavit, ut domum rediret, quo factum eft ut maxima hilaritate per totam urbem percurreret, et comiter amicis valedixit; etfi antequam hoc ei nunciatum effet, ne per fcalas quidem, fine fuffocationis inftantis periculo, afcendere potuit. Hic morbus imam plebiculam æque ac nobiles adoritur." SAUVAGE narrat fe liberos pauperum, qui in Helvetia domicilio etiam deftituti fuerunt, *Noftalgia* laborantes vidiffe æque ac hi qui primum locum obtinent. Eft et carmen populare in Helvetia, quod gratas patriæ imagines memoriæ tam fortiter revocat, ut fi id peregrinantes audirent, domum redire cæco quafi impetu, fæpe cogantur; et tales aliquando præftitit, effectus

ut,

ut, cum Helvetii procul a patria bellum gesserunt, id pœna capitis interdicere necessum foret. Hic forsan solus morbus endemicus est, qui civibus fere omnino innocuus est.

AMOR INFELIX.

Inter affectus animi maxime lugubres "Amor Infelix" merito enumerari debet. Nulla enim est alia tristitiæ species quæ tam diros effectus edit; cujusve æstus compescere tam difficile est; nunc subito perniciem infert, nunc subdole obrepens, dies noctesque exercet, et corpus lenta et miseranda tabe peredit.

> Ut intabescere flavæ
> Igne levi ceræ, matutinæque pruinæ
> Sole tepente, solent; sic attenuatus amore
> Liquitur, et cæco paulatim carpitur igni.
>
> Ovid Met.

Motus, qui amori felici contingunt, sanguinis circuitum expeditum, vultum hilarem, et mentis

alacritatem jam descripsimus; qui autem amore infelici sauciantur, vultum habent mæstum et demissum; oculi squallent, pectus suspiriis tumultuat, vox languens et intermissa est, et cor palpitat. Qui amori succumbunt; hominum consortium fugunt, sequestria semita vitæ, et tenebras captant, et querelas nocti effundere amant; et mores emolliuntur; vires concoctrices turbantur, et cibum nonnisi coacti devorant, noctem anxiam et vigilem agunt, vel somniis horrendis torquentur.

—— Love's impoison'd dart
With deepest wounds afflicts the bleeding heart;
Then from the Lover's eyes, the shower releas'd,
Stains his pale cheeks, and wanders down his breast;
Deeply he groans, and staggering with his woes,
On the lone bed his listless body throws;
But rests no more than if in wilds forlorn,
Stretch'd on the naked rock or pointed thorn;
Unceasing still he weeps, unceasing mourns;
Alike to him the night or day returns.
Cities and towns he shuns; in woods he lies,
His bed the earth; his canopy, the skies;
Love burns his heart; its fire new progress makes,
While round the flame his fanning wings he shakes,

Tandem, omnibus et mentis et corporis viribus

prostratis

proſtratis maniâ vel quodam morbo inſanabili e medio tollitur. *Tulpius* quoſdam effectus inſolitos ex hoc fonte provenientes narrat; Anglus, qui fœminam ardenti amore infeliciter proſecutus eſt, cum repulſam tuliſſet, mox rigidus et immobilis factus eſt; oculis fixis et apertis, eandem poſituram ſemper tenens, hominis ſimulachrum referebat. Hoc modo fixus per totam diem manebat. Cum autem intelligiſſet amicam precibus facilem præbere aurem, haud ſecus ac ſi e ſomno excitatus fuerit, ſubito ad ſe redit.

Neque amoris expertes, eos qui hujuſmodi vulnus tam moleſte ferunt, ludibrio habeant; ſunt enim homines peculiari mentis indole præditi, qui, etſi alios caſus fortiter tulerint, amori occubuerunt. Quis enim cruciatus, quibus ille angitur, qui, poſt fidem millies juratam, foeminam quâcum, irruptis copulis, ſuaviſſimè vitam, ad ſupremam uſque diem agere ſperabat, ſine ulla cauſa perfidam, priſtini amoris immemorem, et alio detentam amante invenit, deſcribere poſſit;

Quis

Quis hìc non cum Poeta exclamat!

Bitter indeecd; for ſad experience ſhows,
That Love repuls'd exceeds all other woes.
From his ſad brow the wonted cheer is fled,
Low on his breaſt declines his drooping head!
Nor can he find, while Grief each ſenſe o'erbears,
Voice for his plaints, or moiſture for his tears.
Impatient Sorrow ſeeks its way to force,
But with too eager haſte retards its courſe.
Each thought augments his wounds, deep-rankling ſmart,
And ſudden coldneſs freezes round his heart.
While, miſerable fate! the godlike light
Of Reaſon ſinks eclips'd in endleſs night.

Cum feminæ amore infelici tentantur, præter effectus qui utrique ſexui contingunt, quibuſdam ſibi propriis laborant; menſes ſæpe reprimuntur, et nonunquam *furor uterinus* accenditur.

Hoc malum ex mente laſcivis et obſcænis imaginibus nimis inhærente oriri poteſt, ad quod proniores ſunt hæ, qui dura religionis lege, vel terrore quodam appetitus indomitos omnino compeſcere coguntur, et duriſſimis vinculis coercere. Ex nimia quoque partium quarundam ſenſilitate, vel cauſis corporeis originem ducere queat, hinc

ætate

ætate florentes cupiditatibus infrænatis raro imperare possunt. Ex morbido quoque uteri, ovarii, aliarumve quæ generationi inserviunt, partium statu, et ex diæta nimis lauta, libidine flagrantes conspiciuntur.

Hic appetitus modum excedens aliquando in dirissimos morbos abiit, et etiam ad insaniam vergit, et in eam aliquando desinit ; et hoc facile concipi potest, si nobiscum reputamus quam facile hujusmodi affectiones cum toto corpore communicantur. Optime quoque innotuit, delirium sæpe ex uteri et ovarii malis oriri, quod tamen explicatu haud facile erit.

Inter tristia numero fere carentia quæ amor habet, *suspicio* attentionem maxime meretur. " A " jealous man (ait scriptor celeberrimus) hunts " after every sound, listens with trembling appre- " hension to every whisper that meets his ear, " pries into every corner, amplifies and misinter- " prets every thing that is said or done, and ap-

" plies

" plies all he hears or ſees to the ſubject of his " fears."

——— Like one upon a rock,
Environ'd with a wilderneſs of ſea,
He marks the waxing tide grow wave by wave,
Expecting ever that ſome envious ſurge
Will, in its briniſh bowels, ſwallow him.

Hic animi affectus ex metu et amore præſertim componi videtur, et prout unus vel alter horum prævaleat, natura variat. Vis notabilis quam hic affectus in ductus biliferos exerit, qua ſpaſmo corripiuntur, et bili tranſitu denegato, in ſanguinem regurgitat, optime innoteſcit. Hic animi affectus deplorandus, æque ac amor deperditus et ſuperbia, haud raro in inſaniam abiit. Obſervatur non ſine cauſa, ut, ſi hoſpitium mente captorum perſcrutemur, inſanos ad tres claſſes referri poſſe inveniamus; ad primam, homines ſuperbia furentes; ad ſecundam, puellæ quæ amore mentem amiſerunt; et ad tertiam, fœminæ ſuſpicione inſanienties, pertinent.

INVIDIA.

INVIDIA.

INVIDIA ex animi affectibus pene contrariis, ex mæstitia nempe et ira, componitur; non mirum igitur est, si nunc corpus stimulet, nunc sedet.

Mali affectus qui ex invidia profluunt, etiam ex incunabulis observentur. Infantes enim cum alios sibi anteponi vident, aliquando ægrescere dicuntur. Invidia in iis quibus natura parca manu dotes distribuit, et qui alios sibi antecellere, ægre ferunt, maxime conspicua est. Qui invidia torquetur, secunda aliorum fortuna tabescit, et aliena bona iniquis oculis aspicit. Aliorum laudes in sibi opprobrium esse credit, et semper aliquid innuit, quod ex meritis detrahere potest; omnia quæ hominibus benigna et liberali indole præditis grata sunt, huic maligno et pravo ingenio molestiam afferunt; et nil iis magis cordi est, quam intellige-

re quæ profpere incæpta fuere, exitus parum felicis habuiffe.

Qui invidia vexantur, imminutum cibi appetitum habent, fomnos parum placidos, carpunt, et febribus lentis obnoxii funt.

> Palor in ore fedet; Macies in corpore toto;
> Nufquam recta acies: Livent rubigine dentes:
> Pectora felle virent: Lingua eft fuffufa veneno.
> Rifus abeft; nifi quem vifi movere dolores.
> Nec fruitur fomno, vigilacibus excita curis:
> Sed videt ingratos, intabefcitque videndo,
> Succeffus hominum :——

Obfervandum eft multos alienis bonis invidere, et nil incommodi inde percipere, faltem quod ad fanitatem attinet. Lædit præfertim cum in aliquem dirigitur, cujufque fucceffus noctes et dies mentem torquent, et invidia perpetua exagitant. Medicina in hunc pravum animi affectum nullum imperium exercet; nec aliquid boni fperandum eft, nifi ex iis quæ mentem afficiunt, et, quam turpiter tam pudenda animi affectio ingenium dedecorat,

docent

docent. Strenue enim enitendum est, ut nosmet honesto certamine insignes propria virtute reddamus, et sic mens alienis negotiis minus occupata, aliorum bonis non invidet.

Sunt et alii mentis affectus, notatu digni, et qui ad classes jam descriptas haud facile reduci queant. Illa fidei species, quæ in remediorum virtute confidentiam parit, medicinæ sæpe magno adjumento est, et optimos effectus aliquando præstitit. Mentem enim fortiter et grate detinet, ex malis avocat, et etiam vim corpori conciliat. Patet hanc fiduciam, in iis malis, quæ statis intervallis recurrunt, vel quæ ex mente præsertim pendent, feliciori cum eventu adhiberi. Spem autem ægrotantibus conciliare, et, ut bono sint animo, suadere, in omnibus morbis proderit.

Est quoque mascula et invicta vis animi quo se morbis opponit, et cum his sæpe feliciter luctatur. Certissime enim constat homines hoc modo cum morbo colluctantes, ejus accessum omnino arcere.

In iis quoque qui periodice recurrunt, maxime prodesse videtur. Non dubium est, quin corpori robur impertiendo, effectus salubres edat.

Si hæc mala et alia fere innumera, ex animi affectibus inordinatis, profluant; si nunc in apertam perniciem tendant; nunc haud minori noxa corporis vires occultè consumant, omni curà certè nitendum est, ut rationi obtemperent.

Felicitas et miseria breve vitæ curriculum vario gradu absolvunt; illam omne animal sollicitè quærit, hanc aversatur; sæpissime autem a scopo aberrant: Et Pathemata, quæ natura ad vitam conservandam dedit, in perversum acta, acerbissimis malis eam obsident. Sic mens ultra quam fas est futura exaggerat, et quæ expetimus, rarissime votis respondent: Etiam his, qui perpetua voluptate fruuntur, et quorum vita nullis duris casibus exasperata fuerit, languor et satietas tandem obrepit; qui enim adversa fortuna nunquam usi sunt, raro secunda perfrui possunt: Sic quies labore

defessis,

defeſſis, ſanitas adverſa valetudine utentibus, divitiæ iis quibus res anguſta domi præcedebat, gratiſſima ſunt; omnes enim voluptates alterna malorum vice augentur et acuuntur. Sunt quoque certi fines quos ultra voluptatem intendere nefas; omne enim nimium nocet; nec mens malis obſeſſa diu onus ſuſtinere poteſt, quin corpori damnum inferat.

Utcunque animi Pathemata, cum modum excedant, mentem commoveant, corpus concutiant, et ſanitati obeſſe poſſint, minime ſunt extinguenda, ſed refrænanda, quippe quæ natura non ſine ſapiente conſilio homini indidit:

Paſſions, like elements, though born to fight,
Yet mix'd and ſoften'd, in his work unite.
Love, Hope, Joy, fair Pleaſures's ſmiling train,
Hate, Fear, and Grief, the Family of Pain;
Theſe, mix'd with Art, and to due bounds confin'd,
Make and maintain the balance of the mind:
The lights and ſhades, whoſe well-acorded ſtrife
Gives all the ſtrength and colour of our life.

Pope.

Serenitas

Serenitas autem quâ mens placida et composita, recti sibi conscia, fruitur, omnibus hujusmodi voluptatibus plane anteponenda est; sed pauci sunt qui hoc nobile virtutis præmium, cupiditatibus ratione subjectis, consequi volunt. Quicunque enim honorum, divitiarum, vel aliorum quæ fortunæ subjecta sunt, cupidine flagrat, semper anxie tenetur, et innumeris sollicitudinibus vexatur. Ille autem solus beatus dici debet, qui, immoderatis animi affectibus imperans, neque bona vitæ declinat, neque nimis concupiscit, et non ad arbitrium fortunæ mutabilis, quodcunque sors obtulerit, æquo animo ferre paratus est; modo enim adsit mens sana in corpore sano, dignitas et constantia in omni fortuna elucebit.

Ex dictis facile patet animi affectuum moderationem, æque ac temperantiam ad corporis sanitatem tuendam, esse necessariam.

F I N I S.